

*Musæum Regis* \* adhuc sub prælo sudat; quòd debeam idem alternis paginis linguâ suecicâ scribere, mihi maximam adfert molestiam.

Introduxi usum *Moschi* in febribus exanthematicis, qui itaque ab omnibus medicis hodiè prescribitur apud nos, maximo cum successu.

Rumphii *Herbarium*, quod ante aliquot annos sex voluminibus in-folio prodiit, nunc evolvo et ejus species ad meas refero, cum synonymia ejus non semper valeat, et multas habeat plantas meas, cujus antea synonyma existère nulla.

Servet te Deus T. O. diutissimè.

Dabam 1754, die 15 Januarii.

Absolutis reliquis operibus, incepti omni studio adscribere plantis tuis nomina, quæ mihi multum negotii, sed dulcis creant.

---

\* MUSEUM REGIS ADOLPHI SUEGORUM, etc. In quo animalia rariora, imprimis exotica, quadrupedia, aves, amphibia, pisces, insecta, vermes describuntur et determinantur. Latin, suédois, Stockh., 1754, 145 pages in-fº, 45 pl.